

Dispositis ergo pulvillis, tapetijs, stromatibus ac toris, primus decumbebat ad caput lecti, cuius pedes prorrigebantur pone scapulas secundis secundus occiput obvertebat ad primi umbilicum pulvillo interiecto, & pedes iacebant ad caput tertij versus tergum: sic deinceps tertius & quartus. Unde Horat. 1. Satyr. 3. v. 19.

Horat.

Qui locus conviviator in convivio

Vacua toris relinquebatur quarta pars mensae, ut inferretur missus: Is qui primus & ad caput lecti decumbebat summus dicebatur, qui ad pedes Imus, qui inter illos Medius. Si tres convive in uno lecto, Medius dignissimus: proximus, honore summus. Si quatuor, Medius erat proximus a Summo. Si duo tantum, Summus. Vid. Buleng. d. cap. 32. Rosin. d. cap. 28. & Hieronym. Mercurial. 1. Artis gymnast. cap. 11. Ita ergo eluceat, quomodo dilectus discipulus in novissima cena, cum immediate accumberet, in sinu Iesu recubuit. Ioann. 13. 23. Ita Ciaccon. de Triclin. etiam aliter cogit Caiet. & iurè.

Ezech. 43. 41.

Amos. 6. 3.

Mensa pro lecto discubitoria.

Virg. Flacc.

Sil. Ital.

Discubitur ex accensu pro festiis ad mensam.

Martial.

Iuvenal.

Luc. 7. 36.

21 Modò in textum Ezechielis de lasciva meretricet Synagoga. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te. Dicitur quibus tapetijs ornata cubilia in discubitu: quod etiam exprimitur Proverb. 7. 16. Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetijs pictis ex Aegypto: aspersi cubile meum myrrâ & aloë & cinnamomo. Amos 6. 3. Appropinquatis solio iniquitatis, variè ornato (de quo latè Bulenger. d. à cap. 38.) in accubitu & convivij splendorem; quin obstat, quod dicatur Sedisti: dicit enim in lecto, ut notetur discubitus. Observat hic n. 80. Doctiss. Sanctius. In nuptialibus (infit) instructum geniale convivium cum strato seu lecto, quòd unguentis irrorabatur & pretioso aromate: ubi accubitus lectulum significat non vnicularem ad somnum, sed discubitorium ad mensam: ut ad illam vaderet quæ a sponso recellerat cum suis amatoribus supremo in loco, pulcherrimo lecto. Val. Flacc. 2. Argonaut. v. 346. de Medea succinit:

In medio Aesonides iam se Regina locavit, Post alij Proceres.

Virgil. 5. Aeneid. v. 290. Confessu medium tulit. lib. 1. v. 702. Iam se regina superbis aulae composuit, mediamque locavit. Confule Ciaccon. d. de Rom. Triclin. Leopard. lib. 19. cap. 4. Tiraquell. quo supr. de Primigen. à n. 116. & Mendoz. Viridar. 8. Saturnal. Decad. 2. cap. 5. Opportunè Sil. Italic. 1. de Bell. Punic. v. 271.

Instituunt de more epulas, festamque per urbem Regis extructis celebrant convivio mensis. Ipse Deum cultu & sacro dignatus honore, Praecipuis, multoque procul splendentibus ostro Accipitur sublime toris.

22 Ita ergo sessio claret pro convivio, atque convivij apparatu: & meo iudicio propriè sessio, quæ vocatur lectus pulcherrimus, ante quem mensa exornata: uti hodie fit cum feminis patritijs, quibus sedes loco sufficitur pulvinar atque pulvinar, decorique sedent. Hoc enim sensu in sacris accipiendus est discubitus & accubitus, id est, sedere ad mensam. Perspicuò, 1. Reg. 16. 11. ubi: Nec enim discubemus, priusquam huc ille veniat. Hebr. Non circumgrabimus: Non circumibimus. Maluend. Non circumsedebimus. Caietan. Non circulariter consedebimus. Indicatur modus Israelitarum sedendi ad mensam. Quod ex alijs locis constat. Iudic. 19. 6. Sedervntque simul ac comederunt. Hebr. Discubuerunt. Idem 3. Reg. 13. 20. Cumque sederent: ad mensam. Mensa enim rotunda erat apud Hebræos. Filij tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tua. Psalm. 127. 3. quæ etiam forma multoties inter Ethnicos. Martial. post Epi gr. 23. & 60. lib. 9. addit lib. 14. Epi gr. 138. & Iuvenal. Satyr. 11. v. 222.

Orbibus in nostris circulus esse potest. Magnos nisi sustinet orbis Grande ebur.

Adi Bulenger. quò dudum cap. 36. & 37. Unde reliqua testimonia eadem acceptione intelligenda sunt. Nimirum Luc. 7. 36. Ingressus in domum Pbarisai, discubuit. Matth. 26. 20. Discumbebat cum duodecim. Hoc est, sedebat cum illis ad mensam; ad cuius Jatus, qui dicitur Sinus, recubuit Ioannes, cuius contiguatione potuit secretò interrogare, quæ de proditore discubebat scire. Hebræi pro meo captu nunquam nisi sedentes comedeant, præter Phæse; etiam in Aegypto sub captivitate degentes. Exod. 16. 3. Hinc modus accumbendi ad mensam sensu quo Ethnici (ut aliqui cogitant) displicet omnino nobis, quippe da matràt illorum studiosa in novitatem cogitatio, absque ullo Scri-

pturæ fulcro: sicut si aliquis somniaret more Ethnico nos ad mensam accumbere, & non sedere; quoniam discubimus. Christus invitatus ad nuptias, monet non in primo, sed in novissimo loco sedem eligere, ne moveantur hinc inde: quod quidem esset omnino fastidiosum, nisi sedes voce accubitus intelligeretur: etenim facilis è sese motus, & difficilis tot parentis, ut vidimus, è sede accubitus. Luc. 14. à 7. Nec obstat cogitationi uinctio Magdalene (ad cuius apparatus tot molinia) quippe five in mensa quadrata, vel lunata, five etiam in rotunda, maximè qua parte inferrebantur dapies sedentis poterat aluere & ungere pedes: quinimò facilius, in sententia a Irenæo (antequam Christus ad mensam sederet) Magdalene pridem capillis abstergeret à pulvere pedes Salvatoris (alias unguentem pretiosum eius cederet capillis) potiusque totum alabastri fracti liquorem effudisse super caput Iesu, descendentem usque in pedes, capillis absterfos; quo dissolvitur antilogia, de qua nobis sermo Tom. sequent. Tautolog. 5. à n. 56. Videtur consonum: etenim ut observat Alapid. in Ioann. 12. 3. Christus in edebat nudipes, solea tantum calcatus, quam deponerat more gentis accubivimus. Quo sanè etiam intelligitur illud Baptistæ, Marc. 1. 7. Cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius.

Alapid.

23 Obijcietur fortè ex Marc. 14. 15. & Luc. 22. 12. ad Phasæ celebrandum designatum fuisse cœnaculum grande stratum: scilicet, subdit Alapid. Instructum mensis, lectulis, suis toris, & capitijs fronsibus insuper & floribus decoratum, omnique suppellectili & ornatu ad celebrandum Pascha apparatus; ut nihil desit nisi assatio, illatio & comestio. Describitur apparatus ad Phasæ more accubitus Ethnici, ut euacet, Elther, 1. à 6. Pendebat ex omni parte tentoria aërei coloris & carbassini ac hyacinthini sustentata funibus byssiis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei super pavimentum smaragdino & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. Ibid. 7. 8. de lectulo convivali Elther fit mentio. Quo claret usus lectulorum genialium in accubitus: verum more profano, non Hebræo, potissimè in Phasæ celebrando: igitur distortè aptatur cœnaculum in accubitu cum toris & lectulis, dum agnus edebat ab Hebræis stantibus, succinctis lumbis, calcatis pedibus, atque baculos habentibus in manibus; uti præcipitur Exod. 12. 11. & ipse Alapid. ibid. fatetur. Disputat Riber. 5. de Templo, cap. 3. in fin. sed quod sciam, absque ulla ratione; quoniam lex erat Phasæ semper edere, sicut factum in Aegypto, cultu sempiterno: vers. 14. clarèque indicitur v. 25. ubi: Cum introieritis terram, quam Dominus daturus est vobis, observabitis ceremonias istas. Quomodò congruit calcato celebrare in stratis Pascha; ubi uti vidimus, ad discubitus & solea deponerentur? Hoc est, ni fallor, studere novitati, non veritati. Adis Philon. de Sacrific. Caini & Abel. Abulensi. loc. cit. à que 18. & Perer. à Disput. 11. Discumbere ergo, ut patet, nihil aliud significat, nisi mensæ adesse, five stando five sedendo: quod phrasi discubitus denotatur; quippe vox Latina, & à Romanis, qui ad mensam solebant discumbere lectis: & maximè, si verum est, Discumbentes dicit à Discis (ut placet Isidoro lib. 20. cap. 4.) in quibus apponebantur ad mensam sedentibus obsoia.

Idem.

Christus semper, ex cœlio phasæ, sed: ad n. Iam, numquam discubuit.

Exod. 12. 25. An Hebræi semel vel semper agnum ederit stantem.

24 Hæc sine satis in cogitationem, quam semper futilem iudicari. Modò flectatur sermo in aliam principalem acceptionem Sessiois. Sessio semper tribuitur iudicanti. Vidit Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum. Itai. 6. 1. Aspicebam donec throni positi sunt, & Antiquus dierum sedit. Daniel. 7. 9. Sedit Moses, ut indicaret populum. Exod. 18. 13. Sedebat sub palma Debora, ascendebantque ad eam in omne iudicium. Iudic. 4. 5. & 5. 10. Rex qui sedet in solio iudicij. Prov. 20. 8. De se & de discipulis sedes ad iudicium indicat Christus, ut vidimus num. 14. iteratque Matth. 19. 18. dicens: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue; sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes. Sic alia, expressèque constat, Psalm. 121. 5. Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David. Sedere signum iudicij. Infinitatur usquequaque iure Civili: leg. 2. D. ad Senat. Tertull. lib. 7. D. de integ. res. sit. & leg. 19. D. de Offic. Præsidi. Iustinian. Novell. 11. Marcian. leg. 7. D. Quod m. caus. Bonitac. in cap. fin. de Sentent. & re iudicij. sentent. 6. & Menoch. lib. 1. de Arbitrar. iudicij. quæz. 61. Saepè situm recolit Cicero ex Platone, in Phædro, in Academ. 99. lib. 2. de natur. Dvor. 5. de Fin. 1. de Divinat. ac demùm de Legib. Senec. in Herkul. Oct. v. 1005. Sedere arbitri: ubi Del. Index sententiam sedens ferebat, five pro tribunali, five de plano sellâ extra ordinem positâ iudicabat. Plin. lib. 1. Epist. 21.

Sedes pro regno & iudicio.

Matth. 19. 18. Plal. 121. 5.

Delr.

Pl'n.
Herodot.
Senec.

Inquit: *Sedebant iudices, Centumviri venerant, observabant advocati silentium longum.* Herodot. lib. 5. cap. 6. *Oranes in eo tribunali sedent.* Marc. Senec. *Controv.* 17. *Iudices, qui in istum reum federatis, equid penitet absolvisses & Stoicos 3. de Ira, cap. 33. Evocati à longinquis regionibus iudices sedent, iudicaturi.* Homer. 5. *Odyss.* v. 3. *Ipsi verò Dij ad confessum confederant:* id est, ad regimen & iudicium: per confessumque signat edicantes, quippe sedentes iudicantes iudices. *Sedere patres cenere parati.* Lucan. 3. *Pharfab. v. 109. Virgil. 1. Aeneid. v. 5 to. de Didone:*

Solioque alio subnixæ sedatis:

Virgil.

Iura dabant, legesque viris.

Hac enim de causa, ut observat Eutachius in 6. *Iliad.* Homer. statuas Minervæ, iudiciorum Præsidis, olim specie sedentis fieri solitas, quam pectore imitarentur iudices. *Alciat. Embl. 144.*

Alciat.

Cur resident? Quia mente graves decet esse quietâ Iuridicos, animo nec variare levi.

Daniel. 7.
10.
Heterosif.

Iudex debet
esse ipia iu-
sticia.
Apoc. 4. 2.

Matth. 19.
18.

An Apostoli
cum Christo
mundum in
dicabunt?

Chrysof.
Suar.

25 Hæc studio prælibata, ut percipiuis delicenter difficilia sacra testimonia, iustitia & iudicium insigne sedis divinæ iudicariæ: quippe ita addita legi & iustitiæ sententia, ut iudex non signetur uti iudex, sed ut ipsamet iustitia. Hinc Daniel. d. vers. 10. postquam dictum; *Antiquus dierum sedit;* additur: *Iudicium sedit:* quoniam etsi iudex sedeat ad iudicandum, ita iudicium exactum, ut loco iudicis videatur sedere iudicium. Est *Heterosifis*, quo schemate abstractum usurpatur pro concreto: q. d. *Iudices iustissimi:* Plaut. *Prolog. in Captiv. v. 67.* quia in illis illi non videntur, sed iustitiæ quo stylo integritas iudicium signatur etiam inter nostrates: dicunt enim pro iudice, *El iusticia.* Alia infra de huiusmodi schemate. Per sedem enim insignis ostenditur auctoritas iudicantium. *Ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens.* Apocal. 4. v. 2. 4. *Vidi sedes & sederunt super eas, & iudicium datum est illis:* oreque N. Servatoris: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.*

26 Hoc enim testimonium, si quod aliud, nonnumquam mihi magnum negotium facessit, & pro intelligentia usque ad sanguinem sudavi: equidem haud percipere quibam qualis & de quo huiusmodi Apostolorum iudicatura. Si intelligenda de iudicio universalis, perperam iudicari, qui etiam iudicandi, *Omnes enim scabimus ante tribunal Christi.* Rom. 14. 10. & 2. *Cor.* 5. 10. Si de aliorum factis; difficile profectò: igitur *Pater omne iudicium dedit filio.* Ioann. 5. 22. Iudicaria potestas est propria filij Dei; sed quia filius Dei est filius hominis, constitutus est à Patre iudex mortuorum & vivorum ab ipsa incarnatione collato gratuito munere, quia voluit incarnari & homo fieri: una de addit v. 27. *Potestatem dedit ei, iudicium facere; quia filius hominis est:* & Pater dicitur, non iudicare quemquam, v. 22. quia non exercet personam sensibilis iudicis: sed tantum filius, homo s. & 15. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.* Luc. 21. 27. Vid. Augustin. 1. de *Trinit.* cap. 13. Ex quo patet Christo Domino, quatenus homo est, datam esse specialem potestatem, estò subordinatam potestati divinæ, in omne iudicium quoad præmium, vel penam iudicandum: de quo DD. Scholastici cum D. Thom. in 4. *dist.* 48. & 3. p. q. 59. Gratia capitis adeptus est huiusmodi præminentiam: quo ergo sensu Apostoli gavisuri sede iustitiae potestatis; cum in sede maiestatis ad iudicium sederit Filius hominis: Multa sanè à multis dicta, sed alio à littera sensu. Veneror, sed prætermitto modò illorum excitationem in virtutem & gloriosam iudicium sedem: quippe, etsi pax ac ingeniose cogitationes, extra sensum litteralem. Chrysofom. cognoscit, sed nihil ostendit. *Multa obtulit* (inquit *Homil. 65. in Matth.*) *& in sequentibus pollicetur, quomvis aliquid occultius in hoc etiam significatur, maiora istos illis habituros.* Suar. in loc. cit. D. Thom. disp. 57. sect. 4. n. 2. inhi: *Certa enim ratione vel auctoritate non constat, in quo hæc participatio iudicij consistat.* Si ita maior gloria sigillis signata; ita signata studiosis veritatis relinquenda? Nullo modo: audi quid cogitem, vel quid auxim.

27 Sermo fide præmio ab Apostolis ob Christi sequelam, & cunctorum quæ in mundo caleatam gloriam: *Relinquimus omnia & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Spem conceperunt atque foverunt obsequij, remuneratore Principe & cælesti. Iesus autem dixit illis, ne terrena, quæ despecta, cogitent; Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël.* Iudicium famit ut in

in Scriptura pro gloria, maiestate, exaltatione, auctoritate, præminentia, dignitate, impetio ac potestatis virtute: observat Ar. Montan. Appar. in *Arcano serm.* cap. 43. & 97. Videtur Apocal. 20. 4. *Vidi sedes, & sederunt super eas* (animæ decollatorum propter testimonium Iesu) & iudicium datum est illis: id est, regia domus, auctoritas & maiestas. Idem ibid. Psalm. praefat. *Sederunt sedes in iudicium.* Sedes pro sedentibus: id est, sedent Principes. *Iudicium p. throno, gloria & exaltatione.* In Jerusalem dicuntur esse huiusmodi honores, tum, quia ut ait Genebr. hic, *speciem cælestis referebat cum rerum ordine admirabili:* tum quia licet in qualibet triba Princeps; illuc ascenderunt tribus tribus Dominatur & ibi sedes Regia, & auctoratissima solia, & civilla & Ecclesiastica. (*Deuter.* 17. 9. & 2. *Paralip.* 19. 8.) omnigeno decore, summa auctoritate, cuius complementum Christus. Maluend. *Throni Christi:* Genebr. *Throni familie Christi:* Augustin. Unde dum demonstratur huiusmodi sedes & iudices; maximi possidentibus designantur honores, sicut illorum qui præfatis thronis occupabant sedes: sub hacque metaphora familie Christi summa vel inter Principes designatur auctoritas, ac dignitatis maiestas. Hac enim de causa filij Zebedæi petierunt primos, cum audissent locios omnes habituros thronos: quoniam etsi uti cæteri adepturi dignitatis sedem, primarii inter illos ambiebant exaltationem.

28 Im ergo in expositionem clarissimam testimonij. Præmia discipuli percipiunt: Christusque promittit habenda, cum summa distantia à cæterorum gloriosorum gloria. Vos, non sicut qui ut vos propter me mundum reliquerit, vitam æternam possidebitis. Sunt sedes ampliores. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Vos in regeneratione (quando mortui resurgunt incorrupti, cum in vitam immortalem resurgendo fuerint regenerati, qui in caducam fuerunt geniti) quippe tunc sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Pende. In generali quod tantum resurrectione, promittatur Apostolis sedes iudicium: & cum iudicium illud sit tantum filij Dei hominis; per sedes iudicium, non possunt intelligi sedes iudicantium: sed tantum solia ad similitudinem sedium iudicium: id est, superioras sedes infra iudicis sedem, qui in sede maiestatis, altiori throno iudicaturus orbem. De munere, non in aula glorie, sed in die iudicij, fit sporsio; ut cuncti agnosant sedentes qui laborarunt in conversione mundi, & in thronis, qui ab ipso mundo despecti: omnes qui viderint eos, cognoscant illos; quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus: signanturque pro dignitate ac præmio sedes iudicium (eminentiores, excepto iudicis throno) haud quia iudicium illorum sedes, sed quia iudicium sedes præ cæteris nonnumquam eminentiores: tuncque Apostolos iuxta sedem iudicis videbunt in thronis, quasi essent iudices. Qui illi, tunc rapiuntur obviam Christo iudici in aëra, ut iuxta merita, propria consequantur loca. Significatur (ait Exim. Doct. d. n. 6.) *omnes habituros in illo die propriam & internam beatitudinem, sed etiam externum splendorem, & quasi thronum bonis, ex nubibus lucidissimis confectum.* Apostoli pro maiestate superiore ceteris: quæ maiestas exprimitur in sublimitate throni iudicis; quippe solia iudicium & Principum, superiorem uti videbimus, habent locum.

29 Quam genuinus sit in auctoritatem præfatus sensus; liquet ex eadem à Christo prolata sententia, in qua necessarid intelligenda metaphora. Proximo Rememprore passioni, facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Quid tunc Christus: *Vos autem non scitis: (pro Quia) ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedentis super thronos iudicantes duodecim tribus Israël.* Quis enim nisi catachresicè intelliget gloriam per eam & potum? Vid. num. 14. Ergo sedes iudicantium, etiam metaphoricè sensus; quia Pater omne iudicium dedit filio. Sedes enim iudicium signat Christus in præmium (protrita in mundo de excellentia vanissima contentione) in verum plausum, & eminentiorem thronum; ad similitudinem sedium in tribunalibus editis iudicantium: etenim cum sederit filius hominis in omnium iudicium in sede maiestatis: non apparebitis quasi in subsellijs, sed in fastigijs thronis, unde vestra excellentia singularis dignitate clara sit, sicut qui sedent super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Multis testimonijs in humanioribus litteris possumus aliter cogitationem, ne sapiat plantatæ ludens peulantem lubidinem. Cicero in *Vatinium*, inquit: *Duos prætextatos sedentes videris:* hoc est, in altiori loco. *Vel iudices,* uti observat Turneb. 24. *Adversar.* cap. 28. quo intuitu idem pro Rabirio addit: *Iudices seditis.* Plin. lib. 3. *Epist.* 20. *Non sedenti dignitas custodiebatur:* id est, iudici. *In una sella sedens:* Non-

Iudicium
pro sedis in
iustate, sedes
pro sedenti-
bus.
Apoc. 10. 4

Genebr.

Maluend.

Qualis Apo-
stolorum iu-
dicaria se-
des

Suar.

Et pro
Quia Luc.
22. 29.
Catachresic.

Iudicium
pro locis præ-
minentia.

nus, 48. Dionys. v. ult. nimirum in altiore sede. Homer. 8. Odyss. v. 432. Sederunt in altis solijs: & lib. 15. v. 134. Sederunt in sedibus thronisque Senec. in Herc. furent. v. 730. Alta sede sedens: & in Agamem. v. 9. Hoc sedenti alti toro Reges. Martial. lib. 11. Epigram. 99.

Sedens in alto liete tribunali, Et è curuli iura gentibus reddas.

Martial.

Iteratio sedis, & activis, pro maiestate sedis. Herodot.

30 Aliquando geminatione nominis & verbi explicari solet, quia sedes signa potestatis summas; ut ait Alcibi. loc. cit. Patet in testimonio de quo numer. 31. Sedes posita, & supra sedem sedens: & alij affinis. Herodot. lib. 1. cap. 5. Midas Gordis filius, Phrygie Rex obtulit regiam sellam, in qua sedens. Alian. quo supr. num. 1. Sella, in qua sedens Alexander: explicat pleonasmum Valer. Maxim. lib. 5. cap. 1. Ipse sublimi sede sedens. Plutarch. in Cleomen. eadem acceptione: Regem in sella sedentem. Allipulator multiplici eruditione Tiraquell. de Nobilit. cap. 28. n. 18. Etiam usus inter Poetas. Virgil. 2. Aeneid. v. 525. In sede locavit: lib. 7. v. 193. Latinus sede sedens: La Zerd. hic: In folio. Pridem Oedipus apud Sophoc. in Colon. v. 1232. ubi: Quis sanè fuerit hanc sedens sedem? Scilicet, regni thronum. Notandum, sæpe huiusmodi geminationem (præter dignitatem) vel regnum pacatum sine ulla contradictione in Principem, vel perpetuatum principatus signare. Ita illud, Sedes posita in celo, & supra sedem sedens. Matth. loc. cit. Cum sederit filius hominis in sede, sedebit & vos super sedes. Apocal. 11. 16. Sedent in sedibus suis: & 20. 4. Sedes & sederunt super eas. Plalm. 46. d. Deus sedet super sedem. Hoc est, regnabit: Sedebit Dominus Rex in æternum: Plalm. 28. 10. & Luc. 1. 32. Dabit illi Dominus sedem David, & regnabit in æternum. 1. Reg. 2. 8. Ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. Similiter apud Profanos. Homer. 16. Iliad. v. 395. In sella sedebat. Euripid. in Alce. v. 946. Sedebat sede. Sophoc. in Antigon. v. 995. Antiqua augurali sede sedens. Quapropter cum principatu caderet, de Penelope dicit Homer. 4. Odyss. v. 721. Nec amplius sustinuit in sella sedere. Perpetua ergo regnandi felicitas promittitur Apolloni sub metaphora sedis, cum decore excellentis maiestatis: unde si beatus qui manducat panem in regno Dei (Luc. 14. 15.) & sedet cum illo in throno (Apocal. 5. 2. 1) propter Christi gloriam cum perpetuitate, nec amissionis formidine Apostoli summam obtinuerunt gloriam: disponitur quidem à Christo mirabilis mensa, ut edant & bibant; & throni elati, ut maiestate sedent. Si fortè interrogas (iuræque facies) Cur homines in gloria sedent, & Angeli nobiliore conditione ministrantes assistant, ut dicitur, Daniel. 7. 10. Dico, omnes gloriæ suæ divinæ visione: at de hominibus dici sedere; quia corpora habent, & requies corporis signatur per sedem. Hinc cognoscitur Luciferi fatuitas, vel arrogantia cum phylauræ inflationis insolentia Isai. 14. 13.

Et perpetuitate. Plalm. 46. 9. Hæphestio.

Luc. ubi sup. Cur de hominibus, & non de Angelis dicitur, in gloria sedent.

Antonomasia.

Apocal. 4. 2.

Hendiadys, & Antonomasia.

Plin.

Interpretatio nominis pro nomine, & contra.

Hieronymus

31 Hinc cum sedes quid sublime ac regium signet, accipitur pro imperio ac imperio summo; cui acceptioni deserviunt præfata testimonia sacra & ethnica. Qui sedet in solio: Exod. 11. 5. Hebr. In Sede, quia huiusmodi voce principatus intelligitur antonomastice. Ipse sedebit in solio. 3. Reg. 11. 13. Super thronum, v. 27. Super solium. Explicatur Plalm. 131. 12. Filij tui sedebunt super sedem tuam. Iteratur multoties phrasim in libris Machabæorum. 1. 7. 4. Sedet Demetrius super sedem regni sui. Et Sedet in sede patrum meorum cap. 10. à 52. 11. 52. Denique loc. cit. Apocal. dicitur: Supra sedem sedens. Tò Sedens non est participium verbi, sed Princeps in solio: unde additur: Et qui sedebat: scilicet, qui inter sedentes throni sella eminebat, accepta sede pro throno, ut vidimus, liqueque Sapient. 7. 8. Regnis & sedibus: per Hendiadym: Sedibus regis, seu regalibus: ibid. 18. 15. Prudent. in Symmach. v. 450. Sedet solio: & Claudian. 1. de Rape. Profert. v. 81. Maiestate sedet. Huiusmodi antonomasia signatur, 3. Reg. 1. 48. Dedit sedentem in solio: pro Principem, seu Presidem: ut dicit Plin. lib. 2. Epist. 1. de sedente in Curuli: Princeps præsedebat, erat enim Consul. Sic ergo voce Sedentis indicatur Princeps. In Scriptura interdum (uti diximus hic Tautolog. 3. n. 38. & alibi sæpe) significatio nominis usurpatur pro nomine. Paradisus, sive voluptatis hortus dicitur pro Eden, Genes. 2. 8. Eden enim Hebraicè sonat Voluptatem, amoenitatem, delicias. Item Genes. 10. 11. ubi Vulgatus: Edificavit Ninivem, & plateas civitatis. Hebr. Rohoboth, vel Rechoboth; quod significat Plateas civitatis. Civitas est iuxta Tigrim, alio nomine Oroba, cuius meminit Ptolomeus. Sicut e contra ibid. cap. 25. 3. nomina præfigurant pro nominum significatione: igitur ubi Filij Dadam, Assurim, & Larusim, & Laomim; Hieronym. in Tradit. Hebr. inquit: Assurim in negotiatores trans-

transferri putant; Larusim, aris ferrique metalla euentes: Laomim vero Philarchos, id est, Princeps multarum tribuum & populorum. Notat idem Malucud. cap. 10. 13. ubi, Ananin. Nonnulli Cyrinios (inquit) ubi Annonis Iovis oraculum. Ananin oculum, sive fontem aquarum interpretantur, quod in Cyrene sit fons ille Solis admirandus, qui mediâ nocte fervet, & meridie riget. Adi Mela, lib. 1. cap. 8. Plin. 2. cap. 103. & So in cap. 30. Isai. 63. 1. Quis est iste qui venit de Edon (id est, sanguineus, quod sonat Edon) formosus in stola sua? Nomen pro nominis interpretatione. Unde idem hic ac dixit Sponza de dilectis: Dilictus meus candidus & rubicundus. Cantic. 5. 10. de quo diximus, Tom. 5. T. 7. D. 4. n. 9. & 6. T. 6. D. 3. n. 11.

Fons Solis.

32 Iccirò dum supponitur in theatro cœlesti sedes maiestate insignis, & additur Sedens; indicatur excellentia fedentis, qui primus inter primores, ut vidimus ex Daniele num. 24. Antiquus dierum sedet. Ad rem itaque Euripid. in Phœniss. v. 1.

Sedes in sede pro Principe; seu suprema sede.

Qui secas viam colit in astris Et in aurea sedet sede.

Ovid. de Sole, 2. Metam. fab. 1. Purpureâ velatus veste sedebat. Virgil. 7. Aeneid. v. 187. Succinctus trabea sedebat: forma, ac studiosum artificium sedis erat pro sedente speciem maiestatis. Homer. 18. Iliad. v. 398. de Venere ait:

Euripid.

Thetideam duxit nobilissima Deorum: Hanc sedere fecit in sede argenteis clavis distincta, Pulebra, artificiosa: scabellum autem pedibus suberat.

Homer.

Hispanicè: Con asfombra y almohada. Iterat descriptionem sedium in Regia Iovis; ibid. Iliad. 20. v. 11. Sophoc. in O Edip. Tyrann. v. 165. Diana sedem gloriosa insidet. Quare cum summa potestas in sede denotetur, atque inter Principes superior cunctis auctoritas; ut ostenderet, qui æmulus regni & iuræ, exaltationem Xerxis, superiorem cognovit, dum in sella destinata Dominanti collocavit. Pronunciavit Artabanus, regnum ad Xerxem pervinere: Ibi exiliens: extemplo Ariamenes Xerxem fratrem adoravit, dextrâque prehensum in sede regia locavit. Ita Plutarch. de Pietat. erga frat. Hinc Babylon dominabilis, dicit: Sedes Regina. Apocal. 18. 7. pro regnoque ac suprema maiestate sedem fumendam, indicat Paulus; qui de Christo modò dicit sedere, modò regnare. Cor. 15. 25. & Coloss. 3. 1. Claret in nostra Tautologia, scilicet: Deus sedet super sedem sanctam suam.

Plutarch.

33 Hoccine illustre testimonium Gentiles interpretantur, quasi Dei esset maiestas, de eius oblivione erga res hominum. Irridendum vero (ait Plin. lib. 2. cap. 7.) agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum. Ex horum persona Eliphaz, 1ob. 2. 14. dicit: Nos nostra considerat: & circa cardines oculi perambulat. Hoc est sedere super sedem suam, ne pollatur nostris. Anna tam tristi, atque multiplici ministerio (inquit Plin.) non polliui credimus, dubitemusve! Farusim. Dicemus ex profeso Tom. ult. Tautolog. 2. ad illud Eccli. 5. 3. Vindicans vindicavit. Rabini intelligunt de maiestate Domini advenientis in populum Israël, quem ex cunctis nationibus de sub cœlo elegit, in peculium ac regnum sacerdotale: quia non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis: equidem fœdus cum Israëlitis fecit, ut esset Deus eorum cultu speciali verum in Sinai promulgatâ religione, dum verum Nomen veram fulminavit legem. Signat Moyses benedicens illis: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia. Idem Habacuc, 3. 3. At cum nihil recedens videatur commendabile sine nugis: in expositionem testimonij Moysis, quod alitruit etiam Debora, Iudic. 5. 4. fingunt Deum primò cum lege invitasse filios Etai, qui habitabant in Seir; qui illam recipere noluerunt. Repulsâ transivit similiter ad filios Ifnael, qui sedebant in Pharan; qui unanimiter advenientem propulsarunt. Ergo cum hos videret duræ cervicis transivit in Sina ad Hebræos, qui libenter legem acceperunt: quo intelligitur nomen Pharan & Seir nomen veram fulminavit legem. Signat ab habitatoribus Seir & Pharan. O præclara capita! Vid. Serar. in loc. cit. Iudic. quæst. 5. Abulens. & Lyranum. Varia cogitant Interpretes sacri pro horum testimoniorum delicate. Nonnulli afferunt nomen Pharan & Seir mentionem fieri; quia in Pharan coturnicibus pluit, & in Seir Dominus serpentes igneos compescit. Caeteran. arbitrat, quasi solem Dominum exivisse in Sina; sed fulgorem lucis prius in Pharan & Seir radia se, uti montibus oppositis. E contra cogitat Bonfrer. Sinai (inquit) exstitionis Israelitis, cerebantur iuga montis Seir & Pharan, que in eadem creta conspici-

Exposit. 2a Plin.

Deut. 33. 2

Insignis fabula Rabbinorum de collatione 16 gli.

Bonfrer.

Leonard. Mar.

cua erant: ibi vifus primo divinus splendor apparere, & paulatim ad montem Sinai accedere: ubi tandem refederit, rotundum montem, nebula, fumo & igne complexit. Deum Leonard. Marius: Diftinctis vocibus idem mons (aut) expofuit; quippe Sinai Edon & Pharan tangebatur.

Tertia expofitio.

34 Ni fallor, ex contextu eruitur genuina expofitio, ut detur locus maiestatis splendori, atque Numinis fedis. Splendor cepit in Sina, ex quo repercuffus in vicinis montes Pharan & Seir; quosque fumo fopitus splendor, atque fulmina lexi; ex cuius momento, facto federe, sese ostendit Dominus (licet non omnibus) descendens de fummitate montis, fedens eximia maiestate super fedem gloriosissimam. Ita Dominus de Sinai venit, postquam Seir & Pharan splendore illuminavit. Res gesta (hic subdit Caictan.) scripta Exod. 24. a. 9. apparitio siquidem Dei in specie regia coram Moysse, Aaron & filijs eius, Septuagintaque viris. Regie tunc Dominum fedisse, constat ex throno (uti vidimus num. 2.) qua de causa ut indicetur maiestas, allusione in huiusmodi gloriam dicitur a Psalmographo: Deus sedet super fedem sanctam suam. Alij sanctam fedem Dei intelligunt thronum ex Cheroim alis in Tabernaculo, pro pedum scabello habentis Arcam & Propitiatorium, quod dicitur Oraculum. Hinc Exod. 25. 22. dicit Moyses: Inde loquar ad te supra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim. Idem Numer. 7. 89. ita frequens locutio in Scriptura de Deo, Qui sedet super Cherubim. 2. Reg. 6. 22. Psal. 79. 2. 84. 1. & 151. 37. 16. Potiore iure huiusmodi sancta sedes delinatur Domino, edificato a Salomone templo, quod Dei sedes & caelum dicitur, Psal. 10. 4. igitur ibi Arca utique in captivitate Babylonicam, 2. Parah. 5. 9. & maiore cultu, quam in Tabernaculo. Intulerunt Sacerdotes Arcam Federis Domini in locum suum, id est, ad Oraculum Templi, in Sanctisancorum subter alas Cherubim; ita ut Cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat Arca. Ibid. a. v. 7.

Caictan.

Pfal. 46. 9.

Expofit. 4.

Sedes Dei templum.

35 Appositius ex ipso contextu intelligitur maiestas huiusmodi sanctae sedis, vel sedes maiestatis, de Christo Domino fedente ad dexteram Genitoris, post redemptionem humanam, captivitate captivam, atque a Gentibus constitutum Ecclesiam: quo inquit dicitur ibid. v. 2. Omnes Gentes plauite manibus. Pridem tantum vocati Iudaei (ex quibus pauci electi) & eis tradita Dei eloquia, usquequoque fracta. Postulabat Christus sanguine (maximè expulsiōne Synagoga) Gentes hereditatem suam, quia prius hereditatem habuit speciem Iacob, quam dilexit: cum sedes fieret ex corde fidelis Gentilitatis; dum regnavit super Gentes, Deus sedit super fedem sanctam suam. Idem non est apud illam distinctione Iudaei & Graeci, eam sit Dominus omnium. Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Propter huiusmodi felicitatem (quapropter & plausus Exultatio Gentium) tota aviditas humani generis, veniente in mundum Redemptore, ac in Patris dextra post victoriam fedente; ut qui exclusus, eius esset fideliter populus, & ille cunctorum praer Religione Deus. Plaudent igitur manibus Gentes, videntes Ictum fedentem ad dexteram Patris: igitur si ex illius elevatione expectabant gloriam; iam Deus sedet super fedem sanctam suam.

Expofit. 5.

Christi regnum gentium conuersio Gentilitatis.

Rom. 9. 2.

Genf. 4. 20.

36 Sedere sic signat & potestatem in regno iudicij, & maiestatem iudicantis, quae quidem maiestas innotefeit geminatione sedis & actionis (ut multis auctoritatibus corroboravimus) innuiturque per thronum maiestas. Unusquisque in solo suo, vestiti culta regio. 3 Reg. 22. 10. Singulis sella prolata sunt & posita. 2. Machab. 14. 21. Haec est sedes maiestatis Christi, nimirum in dextera Patris, quod nil sublimius excogitari potest. Christi ergo sessio ad Patris dextram, nihil aliud est, quam eximia celsitudinis maiestas, & honoris in cultum dignitas, supernis concessis donis, quae metaphorice per sessionem ad dexteram Patris interpretatur: qui quidem honor proprius Christi & aequalitate cum Patre, & ratione hypostatice unionis: deindeque, quia ut homo, ampliore gloriaficationem & honorem accepit. Unde iuxta Genebrand. in Psal. 109. infra exponendo, idem est, Sede a dextris meis, ac iuxta me, ante omnia & super omnia glorificanda, donis potioribus, maiestate & excellentia. Vide dicta Tom. 5. T. 3. a. n. 12. Sede a dextris meis (sublit) iuxta me quiesce, praeside, mecumque regna, fruere me gloria, esto mihi proximus, particeps esto honorum meorum, potentie & maiestatis. Esto supra omnem virtutem & principatum. Esto superior rebus omnibus creatis: esto prope me in loco celsissimo, honoratissimo: regna aequali potentia mecum (si ad divinitatem) simili & proxima (si ad humanitatem) potestate exercendo super omnia in caelo & in terra. Claudii a. Epigram. 40. v. 25.

Sexta expofitio.

Pf. 103. 1.

Sedes Co. ri. si in Patris dextra, omnimoda gloria.

Geacbr.

37 Paulus explicat horridè, & arcanè. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Maiestas antonomastice dicitur Deus, id est, Rex ter optimus & maximus, qui exprimitur maiestate abstractivè, quasi summa maiestas: qui usus seu potius abusus, inolevit blandimine aulicorum in thronos, vacuitate maiestatis plenos, ac virtute vacuos. Ad unguem quadrat, quod in Pram. Instans. dicit Iustinian. Causa non erat Trebellio Polioni, qui vocabulo Maiestatis usus, praesatione eius gratiam ambiret. Vid. l. 7. §. 3. D. ad leg. Jul. M. Cornel. Tacit. 5. Annal. cap. 5. Caesar (inquit) questus apud Patres, quod fraude unius Senatoris Imperatoria maiestas elusa publice foret, & lib. 1. cap. 72. Lex maiestatis. Quid sit maiestas, & an illi adverteatur auctoritas; videtur apud Cicer. 3. Philipp. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 10. ait: Maiestas sine apparitorum ministerio, potens in sua amplitudine, gratia & incundo introitu animis hominum illabitur admirationis praeterea velata: quam rectè quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine honore. Ovid. 5. Fastor. a. v. 23. fingit illam filiam Honoris & Reverentiae, succinquitque.

In caelum Patremque redis, rurisque perenni Ordine, purgatis admis contagia teris. Tu solus, Patrisque comes.

Claudian.

Hebr. 1. 4. Antonomastice, & Hierosol.

Iustina.

Tacita.

Val. Max. Quid Maiestas, & curia?

37 Paulus explicat horridè, & arcanè. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Maiestas antonomastice dicitur Deus, id est, Rex ter optimus & maximus, qui exprimitur maiestate abstractivè, quasi summa maiestas: qui usus seu potius abusus, inolevit blandimine aulicorum in thronos, vacuitate maiestatis plenos, ac virtute vacuos. Ad unguem quadrat, quod in Pram. Instans. dicit Iustinian. Causa non erat Trebellio Polioni, qui vocabulo Maiestatis usus, praesatione eius gratiam ambiret. Vid. l. 7. §. 3. D. ad leg. Jul. M. Cornel. Tacit. 5. Annal. cap. 5. Caesar (inquit) questus apud Patres, quod fraude unius Senatoris Imperatoria maiestas elusa publice foret, & lib. 1. cap. 72. Lex maiestatis. Quid sit maiestas, & an illi adverteatur auctoritas; videtur apud Cicer. 3. Philipp. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 10. ait: Maiestas sine apparitorum ministerio, potens in sua amplitudine, gratia & incundo introitu animis hominum illabitur admirationis praeterea velata: quam rectè quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine honore. Ovid. 5. Fastor. a. v. 23. fingit illam filiam Honoris & Reverentiae, succinquitque.

Hinc nata Maiestas, quae mundum temperat omnem, Quaque die parte est edita, magna fuit. Nec mora, confedit medio sublimis Olympo, Aurea purpureo conspicienda sinu. His bene Maiestas armis defensa Deorum Resat, & ex illo tempore culta manet. Assidet inde Iovi, Iovis est fidelissima custos; Et praestat sine vi scepra tenenda Iovi. Venit & in terras: Pudor Metus, omne videres Numen ad hanc vulsus composuisse suos.

Qvid.

Consule dicta in Ephemerid. Hag. Octobr. n. 21. & 1. Maij, n. 12.

38 Maiestas ergo est decor, amplitudo, magnitudo ac dignitas potestatis superioris; ut ait Festus, Anton Constant. Paul. Marfus, ac Cicer. 2. de Orat. quo sensu & in nostrum propositum Doctor Gentium, qui dixerat Maiestatis, cap. 81. signat pro eodem Article Magnitudinis. Sic ergo dicit: Tale habemus Pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in colis. Christus Matth. 26. 64. Marc. 14. 62. & Luc. 22. 69. Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei. Unde idem videtur ad Christi exaltationem sedes virtutis, magnitudinis, ac maiestatis; quae dicitur thronus honoris, Eccl. 24. 34. Quare huiusmodi celsitudo, qua Christus sedet, potest intelligi de superiori Principe honorante (qui antonomastice dicitur Maiestas) vel de amplissima dignitate in sede: quae ita insignis potentia, magnitudine & auctoritate; ut non adaequatè possit homo maiestatis explicare celsitudinem, nisi per ipsammet virtutem & maiestatem. Attributa Dei & considerantur abstractè, & etiam concretè, ut alibi dixi: abstractè indicant in illa simplicitate, omnimodam perfectionem: concretè, perfectionis plenitudinem. Unde cum per sessionem ad dextram Dei, vel magnitudinis eius, designatur quantus in honore Christus; anthropoticè praefertur celsitudo tã in principe, quam in principatu. Sic Deus sedet super fedem sanctam suam, expressè maiestate, in admirabili sede. Altissimus Creator, Omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus. Similiter exponendus Christi thronus sublimioris celsitudinis; dicentis: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis.

Hebr. 1.

Eccl. 24. 34. Dextra Patris, thronus honoris

Cur Dei attributa in abstracto, & in concreto?

Ultima expofitio. Eccl. 1. 6.

Matth. 19. 18. 25. 31.

Quae Christi sedes maiestatis sua?

39 At arbitror aliquid mirabile pro Christi gloria latere, dum dicit, non absolute in sede maiestatis, sed enim sederit in sede maiestatis sua. Iterat in sermone de iudicio, subdens: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo; tunc sedebit super fedem maiestatis sua. In prioribus testimonijs sedes dicitur Maiestatis Dei, filium honorantis: modo filius propriam dicit Maiestatem. Erit difficultatis esufium pro idiomatum communicationem? Aliud cogito. Sanè considerandum est quid ad Christi gloriam ex parte auctoris, & quid ex parte actionis. Ex parte auctoris est maiestas sedis: ex parte actionis, sedes maiestatis. Aliud illi quia filius Patris, & aliud illi debetur quia filius hominis etiam, missus de caelo a Patre propter nimiam charitatem ut proprio sanguine redimeret hominem; propter quod & Deus exaltavit illum, conferens superiorem in maiestate thronum. Data est illi glorificatio, pro-

Apocal.

pter quæ acquisivit sanguine suo. Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem & divinitatem. & sapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem. Hæc merita ex parte actionis, quia sanguine suo homines redemit, suumque regnum ex redemptis constituit, simulque sedem maiestatis in cælestibus formavit. Ex his illi maiestas, & cum maiestate auctoritas: suamque dicit sedem maiestatis; quia eius maiestati superior debita sedes. Ita igitur honore maximo & amplissimo fulget Christus in supremo throno videntibus oculis exaltatum in excelsis; ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus-Christus in gloria est Dei Patris: quanta enim potuit excellentiâ, maiestate, honore, potentiâ, elevatione, sublimitate, gloria & celsitudine humanitatem filij Pater cælestis decoravit, ac omnimodò perfectè; signando speciem decoris, dicens illi: Sede a dextris meis.

Pl. 109. i.

40 Hic occurrit antilogia: igitur v. 5. dicitur: Dominus a dextris tuis: oppositumque videtur pro signo maiestatis, sedes a dextris & a sinistris. Hinc digladiantur AA. præ eminentia loci; quia his videtur dextra dignior, illis sinistra honoratior, pluraque congruent vel è trivio in fulcimen cogitationis. Facilis ex hocine labyrinthi exitus, aureo filo apophthematias Ageilai, qui cum obvio loco sedere, momenti de sede Ephori relicta, respondit: Qua sede sedero, locus honorator, & Ephori proprior. Erafm. lib. 1. Apophth. & Plutarch. in Laconic. Ubi sedet Superior, superior sedes: ibi thronus ubi Princeps. Prisca huiusmodi quæstio, sed necdum vera quæstionis solutio. Videntur absentias apud Riber. loc. cit. Pauli, Alapidi. ad Coloss. 3. 1. Nebrissenf. in 3. Quinquag. cap. 39. Suar. in 3. p. quest. 58. disput. 51. sect. 3. Eminentif. Aguir. in Ludis Salm. 3. a excurs. 1. Mendoz. Viridar. lib. 8. Saturnal. decad. 2. cap. 5. & decad. 4. cap. 7. Iust. Lips. 2. Elector. cap. 2. ex quo selecta posteriores decerpere. Gorop. lib. 3. Hierogl. Turneb. 14. Advers. cap. 24. Cæsl. Rhodigin. lib. 9. cap. 10. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19. & 5. cap. cap. 13. Tiraquell. hic & de Primigen. præfat. num. 116. Ioseph. Castarlion. Var. lect. cap. 1. & La-Zerd. in 5. Aneid. v. 170. a. 6. Quod civi-liter honor & comitas; solet esse bambalionum puerilitas. Iurgio orto inter pallores Abraham & Lot; hinc dixit ille fenex: Ne quasio sit iurgium inter me & te. Ecce universa terra: si ad sinistram iris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Abraham auctoritatem coram iuvene despicit, ut suam auctoritatem, & ætatem Lot in despectu demonstret: etenim indicat iuvenum cogitationem vanitate insulfissima, iurgium pro sinistra vel pro dextra. Vernacule: Evandar la estimacion por los Lugares, es juicio de rapaces cascabeles. Hoc intuitu Assertor N. cum de præcedentia dilectationem conspiceret alleclarum; parvulum statuit in medio eorum. Aptè huiusmodi disputatio de præcedentia; profectò puerorum propria. Dum exhibuit coram oculis puerum, meditatò carpit levitatem illorum: etenim summa levitas, & studiosa puerilitas, ad magnitudinem honoris abdicere merita, & cogitare dignitatum loca. Nolite pueri effici sensibus: igitur sensus puerorum, de huiusmodi honoris apprehensione iurgium. Hæcine tropologicè dixi, quia obvia: modò in præactam quæstionem.

Gen. 13. 8

Loca pro dignitate æstimare, puerilis ceterè.

Mat. 18. 2.

An loci honoratiora vel sinistra?

Virgil.

Sucton.

Xenoph.

Virgil.

41 Hinc inde yagantur AA. nescientes quid sit inter dextram & sinistram. Contraria omninò nectam, ut genuinè Antilogiam exponam. Aliud enim est protègere, & aliud honorare. Ad honorem signatur dextera: ad protectionem sinistra; quod cunctis nationibus (hæud quia huic sic, alij verò sic) utpotè naturale nonnumquam contigit. Naturale est igitur honoratum præ se ferre, ut honor conset spectantibus. Virgil. 3. Aneid. vers. 610.

Ipsè pater dextram Anebis, hæud multa moratus, Dat invenì, atque animum præsentì pignore firmat.

De Claudio Cæsare ait Sueton. in eo, cap. 24. Aulo Plautio etiam ovationem decrevit: ingressoque Urbem obviam progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursum revertenti, latus texit. Similiter conditionis rationalis est, protectum abscondere, at proprio corpore in discrimina opposito, cum gladio nudo pro egere; & ita umburare, ut longè sit ab hostium meditata lesione. Etiam constat ex Cyri actione, de qua Xenoph. in Padijs lib. 8. quos maxime duceret, ad sinistram etiam in convivio, collocasse: quasi non solum illos sub patrociniò susciperet, sed proprij corporis dispendio protegeret. Virgil. 10. d. vers. 160.

Pallasque sinistra Affixus lateri,

Elu.

Ad bonarum dextram.

42 Elucet igitur dextra in honoris expressionem, atque sinistra in protectionis munimen. Constat ex antilogicis testimonijs; equidem dum Pater honorat, ad dextram collocat filium: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. Dum defendit à sinistris: Dominus a dextris tuis, confregit in die ira sua Reges, &c. Unde expositione protecti vel honorati, cognoscitur maiestas loci. Sic plures intelliguntur sacre auctoritates, & quare tunc locus honorator sit à dextris. Ioseph locavit Manassin primogenitum suum ad dextram avi Iacob, uti honestiorem locum ad sinistram Ephraim minorem natu: ad Iacob, ut maior huic esset honos, conmutavit manus, ut per ampliorent gloriam esset ad dextram. Genes. 48. à 14. Palàm quoquè sit, cur pastor in iudicio universali gregis Christus Dominus statueret oves à dextris suis: hædos autem à sinistris. Matth. 25. 33. Expositione cognoscitur amor ovium, & in hædos dignum moribus fastidium. Frequenter huiusmodi urbanitas in signum honoris deribatur in fœminas. De Bethsabeè Salomonis matre, 3. Reg. 2. 19. dicitur: Surrexit Rex in occursum eius, adoravitque eam, & sedit super thronum suum: positusque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius. Item Psalm. 44. 10. Assitit Regina à dextris tuis in vestitu decurato, &c. Probat iure fusè Tiraquell. ubi supr. de Primig. n. 13. In protectionem usus dextre sæpe in Scriptura recoiitur, ut qui ad sinistram ab incurfione tutus custodiatur. A dextris est mihi, ne commovear. Psalm. 15. 8. Dediti mihi protectionem salutis meæ, & dextera tua suscepit me. Psalm. 17. 36. Qui assitit à dextris pauperis. Psalm. 108. 11. Ut liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua. Psalm. 59. 7. Dextera tua, brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacisti in eis. 4. Sic alia ibid. Psalm. 16. 7. & 20. 19. alibi que pro assertionis fulcimine: quod quidem etiam astruitur econtrariò quasi Dei dormiret dextra, dum suspendantur in tribulatione auxilia. Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam? Psalm. 73. 11. Avertis retrorsum dexteram suam, in protectionem; & in nos, firmavit dexteram suam quasi basi. Thren. 2. à 3.

In protectione sine sinistra.

43 Hæcine cogitatione Petri dignitate præstantioris imago in diplomatibus præcis (quid quod etiam modò fiat) erat à sinistris: Doctoris Gentium à dextris; ubi observat Angel. Doct. in Epist. ad Galat. lect. 1. & Petr. Damiani Opusc. 35. cap. 11. ordinem laudat, subditque: Durum est valde, ut opinemur, quia tam egregium atque famosum Apostolicæ dispositionis ordinem inconsulte atque inconsiderate devota Deo ac religiofa Vestustas admiserit. Neque enim credendum est, ut Constantinus Imperator, imò Papa Silvester, atque post eos Principes & Sacerdotes Ecclesiasticæ disciplina literæ pervigiles, atque solertes, hunc ordinem tantorum Principum negligendum ducerent; si correctione dignum aliquatenus æstimarent. Respondet S. Doctor allusivè, quoniam Paulus erat ex tribu Benjamin, & Benjamin Hebraicè sonat filium dextere. Suarius comiter: dicit enim loc. cit. Paulus ad dexteram cuiusdam urbanitatis & honoris causa, & quasi ratione hospitij, in quandam amoris & gratitudinis significationem, quia Paulus velut ad Petrum invitandum accesserat. Nos cogitationem in discrimine auxilij & honoris sequentes, prælati ordinis imaginum collocatione, roboramus. Dignitas Petri exprimitur in imagine per Clavium summum imperium: dignitas & zelus Pauli per gladium. Unde ut conset Paulum defendere Ecclesiam, habet Petrum à sinistris, ut in ore gladij devoret hostes. Crucius in præf. Psalm.

Cur Pauli imago à dextris Ecclesie, et Petri à sinistris.

Petr. Dam.

Suar.

Ipsè tibi dexter fusè populabitur iræ, Vulgoque Reges sermet adversarios.

Cruc.

44 Quæ obijci non possunt ex ethnicis pro honore sinistra, cum nonnumquam fulmen lævum felicissimum auspiciam: Virgil. 2. Aneid. v. 693. Subitæque fragore intonuit lævum. Idem Ovid. 1. Trist. Eleg. 8. v. 49. Stat. 3. Thebaid. v. 488. Vid. Plutarch. Rom. qq. n. 78. At quid hæc omnia & etiam alia similia? Destruunt, quod astrunt, vel propolium assertionis non intelligunt. Sinistrum omen ab ethnicis dictum felix, hæud qui felix sinistrum (cùm signum calamitatis sit lævum) sed quia sinistrum sacrificant, vel precanti, dextrum dona largienti. Quæ nobis læva sunt, à Dijs dextera ex parte demitti putant. Alex. Neapolit. lib. 5. cap. 13. confirmat Tiraquell. hic, Servius in Virgil. cit. & Cicero. 1. de Divination. dicens: Prosperè Iupiter bis dextris fulgoribus edit. Alijs superfecto, videndis apud Bulenger. de Fulminib. cap. 7. de Circo, cap. 29. ac de Augurijs & auspicijs, cap. 2. Delr. de Magic. disquisit. lib. 4. cap. 2. quest. 7. lect. 2. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 34. cap. 3. & Cæsl. Rhodigin. lib. 6. cap. 9. Elucet ergo cur Pater cælestis est à dextris filij, ut protegat à conventu malignantium, quassæque capi-

Cur omen lævum sanctum? Alex. ab Al.

Cicero.

Tom. VII. Taut.

Bbb 3

13

ta in terra multorum: & simul in honorem propter victoriam sede collocet ad dextram, sedeatque Deus super sedem sanctam suam.

45 Senfus, quibus favori possint expositiones, prompti in Litera, ac Versiones affines; quæ singillatim sicine. Deus sedet super sedem sanctam suam. Hieronym. Super thronum sanctum suum. Syr. Super thronum gloria sua. Hebr. Maluend. & Caietan. Super solium sanctitatis sua. Augustin. & Thom. Super sedem condignam sanctitati. Gregor. Magn. & Bernard. Ad dexteram Patris. Poleng. Regnat in sede. Genebrard. Sedet in Propitiatorio. Rabbin. In templo. Accedamus ergo ad thronum gratiæ, ut misericordiam invenire possimus, & simul confedemus cum Christo in celestibus.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus

3. Sedet super sedem sanctam suam. Dominus Iesus, ad dexteram Patris: Suam. De nulloque alio, sedente in cælo, propria dicitur sedes; quoniam cunctorum gloria sedentium in throno felicitatis, ex virtute dumtaxat elevati super cælos Salvatoris.

4. Sedet super sedem. Videtur necessarium. Aliter fiet ex regimine iudicium. Non obtinetur in manere, quod naturale ex sedis suppositione: etenim quisquis propter ministerium, curam habet animarum; sedem habet, sed non sedet.

5. Sedet super sedem. Innuat vigilantia Præsidis integritas, & simul pravorum subditorum otiositas, & curiositati innata malignitas: siquidem ille sedem habet, & non sedet; & hi sedent, & sedem non habent; quoniam regunt, dum reguntur, ducti curiositate, qui nequeunt regi.

6. Sedet super sedem sanctam suam. Si sua, & alij sedent; sedes erit, sed non sua: sanctæ congruit Prælati, sedere in solio: sedesque signatur sedenti in celsitudine throni; quippe non alius, nisi qui sedem habet, debet federe: alioquin qui extendit gratiam; quamvis fedeat, non sedet super sedem sanctam suam.

7. Sedet super sedem sanctam suam. Sedes indicat potestatem in maiestate regiminis. Sedens in sede, ministerium in regimen potestatis. Si simul unita, fedes sedentis profecto sancta: textusque fedentem & super sedem designat; quippe super sedem non sedet, qui sedet tantum ut sedeat.

8. Sedet super sedem. Quippini, sedet in sede; sed Super? Sedet in sede, qui tantum respicit sedis maiestatis fastum, Super sedem, qui sedem habet in amorem subditorum: & dicitur Super sedem, dum sedis superioris exponitur auctoritatem; quoniam ultra excellentiam sedis præ maiestate, qui in maiestate sedis subditos regit amore.

9. Sedet super sedem. Quis non? Quisquis desiderat plus. Super sedem sanctæ sedet, qui præsentis honore gaudet at qui fovet ambitionem insatiabilem, sedet nullatenus super sedem: etenim in ipsa dignitate possessa, supra sedem sedens, querit aliquid supra.

10. Sedet super sedem sanctam suam. Super sedem condignam. Non sedes condigna, si sedentis nulla merita; quippe sedes, sed non sua. Unde qui fulget meritoque maiestate, sedet splendore in sedes; igitur indignus throno, minimè sedet, sed sedendo cadit.

DIDASCALIA PRIMA.

Sedes hominum gloria ex Christi gloriosa sede.

ASCENDIT homo in cælum, quia Christus aperuit ostium; uti diximus, Tautolog. 4. Did. 1. n. 11. Elevatus est Sol, atque radijs maiestatis traxit inferiora ad se. Retorqueatur Manilius, 4. Astron. cap. 1. à v. 56. Cum bene compositis victor civilibus armis,

Iura roge reget, toties prædicta cavere Vulnera non potuit: toto spectante senatu, Indiciis dextra retinens, nomenque cruore

Delevit proprio; possent ut vincere fata. Quis tantum mutare potest sine numine Dic mi.

Ille etiam cælo genitus, eoque receptus. Ex

Manil.

Exprimitur hominum felicitas, & quid perferret Salvatoris claritas. Vulnera prædixit, que sustinere voluit. Indicia etiam retinuit, dum victor mortis surrexit. Indicantur signa, quo possent homines vincere fata: igitur qui cælo genitus, cælo receptus in solium; hominibus servivis faulle demonstravit ascensum. Non solum paradisi (inquit Leo Pap. in Asceas. Domini. term. 1. cap. 4.) possessores firmati sumus; sed etiam cælorum superna penetravimus: ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quam per diaboli amiseramus invidiam. Sanè, destinamur superiori cælo, quos livor Luciferi eiecit de paradiso. Ego veni (dixit Assector N.) ut (homines) vitam habeant, & abundantius habent. Signat genus humanum in primis parentibus a paradiso expulsum. Vides, quemadmodum mors expulerat (ait Ambros. in Lucam, lib. 9. vita revocaveris; ut vitam haberent, & abundantius haberent: quandoquidem eius in empyrium ascensione, non solum revocati sunt ad vitam, sed translati sunt in gloriam.

Christi boni nobis cælesti aperuit, in: que monstravit.

Leo Pap

Ioann. 10. 10

Ambros Plus con rultis: quæ diabolu abstulit.

Symbolu Ascensio nis eius triumphanti. Q. Carr.

Plutarch.

& inter pauca quæ fortunæ iracundæ, memorandum: equidem per tyrannorum supplicia, deformia hominum videbantur simulacra. Lachrymis abstergis (quia vicit Dominus cum clamore valido & lachrymis) qui venit ut mederetur contritis, prædicare captivis indulgentiam, clausis aperitionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis (ut dicitur, Isai. 61. à 2. & Luc. 4. à 18.) opere complevit, quod promissit: igitur ut gratia pateret ex triumpho; in latrone dixit generi humano: Hodie mecum eris in paradiso. Iam enim homines vitam habent, dum in paradysum, & quo egressi restituti. Vita gaudet: verum ut abundantius, uti dixerat, habent, & summam felicitatem; expectavit mirabilem ascensionem: in qua quidem non solum captivos duxit in patriam, sed in paradisi admirabilem gloriam. Appositè, est aliò, lib. 2. Histor. ait Iulianus; Ommem impetum belli in hostes convertit. Nunc vero qua pro amicis non modò ultra spem gerendi, verumetiam ultra gesti fidem perfecta sunt; operaque & effectû maiora, quam voto fuere. Relucet N. Salvatoris gratia. Redeundi in patriam erant hominum vota: effectaque maiora desiderantibus reddita; quippequam datum est cælum, cupientibus paradysum. Amici in beneficium divinanda est cuiuscumque voluntas: inquit Erasmus ex Seneca, in huius Sentent. Placebat hominibus Paradisi statio, quippe primæ felicitatis liberalis restitutio. Maiorem gratiam expectare non audebant, quantumvis desiderabant: verum cum voluntas divina in beneficium; homines exules Christus transtulit secum in cælum. Dixit ergo tunc felix humana natura, dum vidit dona:

Eius prodigio sa Christi mata.

Luc. 4. 31

Iulian.

Senec. Pro pra dilo ho mo collocatur in cælo.

Id. Tyth. v. 186. Propert 1. 3. v. 43.

Ephes. 2. 7.

Tua: ostensio gratie divinitia.

Summa votorum attingi. Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

3 Excellentiam ergo liberalitatis Salvatoris, in sublimitatem humani generis, expressit graphicè Paulus. Facta ergo in ascensione Christi, hominis huiusmodi assumptione (ait) Secundum divitias gratiæ eius, qua superabundavit in nobis, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. Meritum supplicum excedit & vota Salvatoris gratia: diciturque arcanum voluntatis suæ, quod gaudium nostræ; etenim eius voluntas nobis concessit optabilem beatitudinem, iuxta nostram voluntatem. In nobis eius rutilabat splendor

gratiæ